1160 elegerant, consecraverant et cum eo ad iudicium venerant, actiones suas et testimonia et cetera instrumenta in medium proferunt ad hec utilia, quod Octavianum katholice electum et in papam Victorem canonice consecratum asserebant et hec instrumentis suis[1] et maxime sub stola iuramentis comprobabant. Et sicut in huiusmodi re fieri solet, alii hunc, alii illum verum papam et katholicum proferunt. Plurimi episcopi Lonbardie in absentem Rolandum sententiam non debere mitti dicunt, trina vocatione eum vocari debere asserentes. Contra hec plurimi Alamannie episcopi respondent, episcopos Lonbardie has omnes vocationes et curias cum V solidis posse celebrare dicunt. Verumtamen quia quidam eorum ab oriente, quidam ab occidente, quidam a desertis montibus ad ~~hec~~ hoc determinandum vocati[1] veniant, hanc peremptoriam vocationem * utriusque partis esse asserentes dicunt.[1] Qui ad hoc venire neglexit, negligatur et ipse, qui hoc spernit, spernatur et ipse, et qui de trina

[1] übergeschrieben P

[1] übergeschrieben P

1) Dig. V, 1, 68-73; vgl. auch Rahew. III, 29, S. 204. ~~[illegible] Encyclica concilii, Const. I, 190, S. 267~~.